Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



181
187
188

nunus ad eum. Surge et ingredere ciuitatem: et di
cetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui ca
minabantur cum eo stabant stupefacti: audientes quidem vocem neminem autem videntes. Surre
xit autem saulus de terra: apertisq; oculis nichil vide
bat. Ad manus autem illum trahentes introduxe
runt damascum. Et erat tribus diebus non videns
et non manducauit neq; bibit. Erat autem discipulus
quidam damasci: nomine ananias. Et dixit ad
illum in visu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego
domine. Et dominus ad illum. Surge et vade in vicum
qui vocatur iudas. Et quere in domo iude saul
um nomine tharsensem. Ecce enim orat: et vidit
virum nomine ananiam introeuntem et imponen
tem sibi manum ut visum recipiat. Audit autem
ananias. Domine audiui a multis de viro hoc
quanta mala sanctis tuis fecerit in iheru: et hic hab
et potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes
qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad illum
dominus. Vade quia vas electionis est mihi iste: ut p
tet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis
israel. Ego enim ostendam illi: quanta oporteat
eum pro nomine meo pati. Et abiit ananias et
introiuit domum: et imponens illi manum dix
saule frater: dominus misit me iesus qui apparuit t
in via qua venisti: ut videas et implearis spi
ritu sancto. Et continuo ceciderunt ab oculis eius
tanquam squame et visum recepit. Et surgens
baptizatus est. Et cum accepisset cibum confor
tatus est. Fuit autem cum discipulis qui erat